# APENDICE.

**Modo con que se practica el Egercicio nocturno del ORATORIO DE SAN FELIPE NERI DE MEXICO, el que pueden seguir en sus casas los que tengan algun impedimento para no hacerlo en dicha Iglesia.**

---

*Al toque de las oraciones, despues del Acto de Contricion corriente, se reza la Oracion* Actiones nostras, &c.: *concluida se reza el* Veni Sancte; *y á la media hora se termina la Meditacion con el Salmo:* Laudate *y la Oracion* Deus, refugium, *y la* Letanía de los Santos *con sus* Preces, *en la forma siguiente.*

## OREMUS.

Actiones nostras, quæsumus Dòmine, aspirando præveni, et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio, et operatio, à te semper incipiat et per te cœpta finiatur. Per Christum, &c.

*Post lectionem.*

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende.
℣. *Emitte Spíritum tuum, et creabùntur.*
℟. *Et renovabis faciem terræ.*

## OREMUS.

Deus, cui omne cor patet, et omnis volúntas loquitur, et quem nullum latet secrétum: purífica per infusionem Sancti Spiritus cogitationes cordis nostri; ut te perfectè diligere, et dignè laudare mereamur. Per Dòminum nostrum, &c. Amén.

*Post orationem.*

Laudate Dòminum omnes gentes, &c.
*Gloria Patri, &c.*

## OREMUS.

Deus, refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus aúctor ipse pietatis, et præsta; ut quod fidelitèr petimus, efficacitèr consequamur. Per Dòminum, &c. Amén.



## LITANIÆ.

Kyrie elèison. Christe elèison.
Kyrie elèison.
Christe audi nos.
Christe exáudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.
Fili Redèmptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus, Miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, Miserere nobis.
Sancta MARIA. Ora pro nobis.
Sancta Dei gènitrix, ora.
Sancta Virgo virginum, ora.
Sancte Míchaêl, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphaél, ora.
Omnes sancti Angeli, et Archángeli. Oráte pro nobis.
Omnes sancti beatórum spirítum órdines, orate pro nobis.
Sancte Joánnes Baptista, ora.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriarchæ et Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.

Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Jóannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli, et Evangelistæ, orate pro nobis.
Omnes sancti Discípuli Dòmini, orate.
Omnes sancti Innocéntes, orate.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Lauréntì, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancti Fabiáne, et Sebastiáne, orate.
Sancti Joànnes, et Paule, orate.
Sancti Cosma et Damiáne, orate.
Sancti Gervàsi, et Protàsi, orate.



Omnes sancti Mártyres, orate.
Sancte Silvéster, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Omnes sancti Pontífices, et Confessores, orat.
Omnes sancti Doctóres, orate.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francisce, ora.
Sancte P. N. PHILIPPE, ora pro nobis.
Omnes sancti Sacerdotes et Levitæ, orate pro nobis.
Omnes sancti Mónachi, et Eremítæ, orate pro nobis.
Sancta María Magdalena, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.

Sancta Catharína, ora.
Sancta Anastásia, ora.
Omnes sanctæ Virgines et Viduæ, orate.
Omnes Sancti, et Sanctæ Dei, Intercédite pro nobis.
Propítius esto, Parce nobis Dòmine.
Propítius esto. Exáudi nos Dòmine.
Ab omni malo, Libera nos Dòmine.
Ab omni peccáto, Libera nos Dòmine.
Ab ira tua. Libera nos Dòmine.
A subitànea, et improvisa morte, Libera.
Ab insidiis diáboli, Libera.
Ab ira, et ódio, et omnia mala voluntàte, lib.
A spiritu fornicatiònis, libera.
A fúlgere et tempestáte, libera.
A morte perpétua, libera.
Per mysterium Sanctæ Incarnationis tuæ, lib.
Per Adventum tuum, libera.
Per Nativitátem tuam, libera.
Per Baptismum, et sanctum jejúnium tuum, lib.
Per Crucem, et Passionem tuam, libera.
Per mortem et sepulturam tuam, libera.
Per sanctam Resurrectiónem tuam, libera.
Per admirábilem Ascensionem tuam, libera.
Per advéntum Spíritus Sancti Parácliti, lib.



In die judicii, libera.
Peccatores, Te rogámus audi nos.
Vt nobis parcas, te rogámus.
Vt nobis indúlgeas, te rogámus.
Vt ad veram pœnitèntiam nos perdúcere dignêris, te rogámus.
Vt Ecclèsiam tuam sanctam règere et conserváre dignêris, te rogámus.
Vt domum Apostólicum, et omnes Ecclesiásticos órdines in sancta religióne conserváre dignêris, te rogámus.
Vt inimícos sanctæ Ecclesiæ humiliáre dignêris, te rogámus
Vt Régibus, et Princípibus Christiánis pacem et veram concordiam donáre dignêris, te rogámus
Vt cuncto pópulo Christiano pacem et unitatem largiri dignêris, te rogámus.
Vt nos metipsos in tuo sancto servítio confortare et conservare dignêris, te rogámus.
Vt mentes nostras ad cœlestia desidéria êrigas, te rogámus.
Vt òmnibus benefactòribus nostris sempitèrna bona retríbuas, te rogámus.
Vt ánimas nostras, fratrum, propinquórum,

et benefactorum nostrorum ab ætèrna damnatione erípias, te rogámus.

Vt fructus terræ dare, et conserváre dignêris, te rogámus.

Vt omnibus fidélibus defúnctis requiem ætèrnam donàre dignêris, te rogámus.

Vt nos exaudíre dignêris, te rogámus.

Fili Dei, te rogámus.

Agnus Dei qui tollis peccáta mundi, Parce nobis Dòmine.

Agnus Dei qui tollis peccáta mundi, Exaùdi nos Dòmine.

Agnus Dei qui tollis peccáta mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exáudi nos. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. *secreto.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

*Psalmus* 69.

Deus, in adjutorium meum intende: Dòmine, ad adjuvándum me festína.

Confundántur et revereàntur, qui quærunt ánimam meam.

Avertántur retrórsum, et erubéscant, qui volunt mihi mala.



Avertantur statim erubescéntes, qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exúltent et lætentur in te omnes qui quærunt te: et dicant semper: Magnificétur Dòminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego verò egénus et pauper sum: Deus ádjuva me.

Adjútor meus, et liberátor meus es tu: Dòmine ne morêris.

Glória Patri, et Filio, &c.

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus, sperántes in te. ℣. Esto nobis Dòmine, turris fortitúdinis. ℟. A fácie inimíci.

℣. Nihil proficiat inimícus in nobis.

℟. Et filius iniquitátis non appònat nocére nobis.

℣. Dòmine, non secúndùm peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secúndùm iniquitates nostras retríbuas nobis.

℣. Oremus pro Pontífice nostro N.

℟. Dòminus conservet eum, et vivíficet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

℣. Oremus pro benefactóribus nostris.

℟. Retribúere dignáre Dòmine ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam æternam. Amén.

℣. Oremus pro fidelibus defúnctis.

℟. Requiem ætérnam dona eis Dòmine, et lux perpetua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace. ℟. Amén.

℣. Pro fratribus nostris abséntibus.

℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te. ℣. Mitte eis, Dòmine, auxílium de sancto. ℟. Et de Sion tuére eos.

℣. Dòmine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dòminus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

## OREMUS.

Deus, cui próprium est misereri semper, et párcere: súscipe deprecationem nostram, ut nos et omnes famulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, miseratio tuæ pietatis cleménter absolvat.

Exaudi, quæsumus Dòmine, súpplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benignus et pacem.



Ineffabilem nobis, Dòmine, misericordiam tuam cleménter ostende: ut simul nos et à peccatis omnibus èxuas, et à pœnis, quas pro his meremur, erìpias.

Deus, qui culpa offénderis, pœnitentia placaris: preces pópuli tui supplicàntis propítius rèspice; et flagella tuæ iracúndiæ, quæ pro peccatis nostris merémur, averte.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontífice nostro N., et dirige eum secúndum tuam clementiam in viam salútis æternæ: ut, te donante, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perficiat.

Deus, à quo sancta desidéria, recta concília, et justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium sublata formidine, témpora sint tua protectióne tranquilla.

Vre igne Sancti Spíritus renes nostros, et cor nostrum, Dòmine; ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Fidelium Deus ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulôrum famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgentiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequantur.

Actiónes nostras, quæsumus Dòmine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio, et operatio, à te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

Omnípotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miserèris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænóscis: te súpplices exoramus; ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ cleméntia, ómnium de-



lictórum suórum véniam consequántur. Per Dòminum nostrum, &c.

Dòminus vobiscum. Et cum Spíritu tuo.

℣. Exáudiat nos omnípotens et miséricors Dòminus. ℟. Amén. ℣. Et fidélium ánimæ, per misericórdiam Dei, requiéscant in pace.

℟. Amen.

*Cinco veces el Padre nuestro y el Ave María, pidiéndole á Dios nuestro Señor nos conceda su santa gracia, y perseverancia en su santo servicio.*

*Dos veces el Padre nuestro, y el Ave María por el Sumo Pontífice nuestro SS. Padre, por los Eminentísimos Cardenales, por nues-tro Illmo. Prelado y demás Prelados eclesiásticos, por nuestro gobierno y demás gobiernos cristianos, por la exaltacion de nuestra santa Fe católica, conversion de los infieles y hereges al gremio de nuestra santa Madre Iglesia, y de todos los pecadores á verdadera penitencia.*

*Una vez el Padre nuestro y Ave María por los hermtos nos difunade nuestra Congregacion.*

℣. Requiem ætérnam dona eis, Dòmine.
℟. Et lux perpétua lúceat eis.
℣. Dòminus det nobis suam pacem.
℟. Et vitam æternam. Amen.

*Deindè dicitur Antiphona Beatæ Mariæ pro tempore convéniens. A primis Vésperis Sabbati ante Dominicam primam Adventus.*

Alma Redemptoris Mater, &c.

℣. *Angelus Dòmini nuntiavit Mariæ.*
℟. *Et concepit de Spiritu Sancto.*

OREMUS.

Grátiam tuam, quæsumus Dòmine, méntibus nostris infunde: ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnatiónem cognóvimus, per passionem ejus et crucem, ad resurrectiónis glóriam perducámur. Per eúmdem Christum, &c.

*A primis Vesperis Nativitatis.*

℣. *Post partum, Virgo, inviolata permansisti.*
℟. *Dei Genitrix intercede pro nobis.*

OREMUS.

Deus, qui salútis ætérnæ, Beatæ Mariæ virginitáte fœcúnda humano géneri præmia



præstitisti: tríbue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctorem vitæ suscípere Dòminum nostrum, &c.

*A Completorio Purificationis, Antiphona.*

Ave Regina cœlorum, &c.

℣. *Dignare me laudare te, Virgo sacrata.*
℟. *Da mihi virtutem contra hostes tuos.*

OREMUS.

Concede, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium: ut qui sanctæ Dei Genitricis memoriam ágimus, intercessionis ejus auxilio à nostris iniquitátibus resurgámus. Per eumdem, &c.

*A Completorio Sabbati sancti, Antifona.*

Regina cœli lætare, alleluja, &c.

℣. *Gaude et lœtare, Virgo Maria, alleluja,*
℟. *Quia surrexit Dòminus verè, alleluja.*

OREMUS.

Deus, qui per resurrectionem Filii tui Dòmini nostri Jesu-Christi mundum lætificare dignatus es: præsta quæsumus: ut per ejus Genitricem Virginem Mariam, per-

petuæ capiamus gaudia vitæ. Per eumdem, &c.

*A Completorio Sabbati post Pentecostem, Antiphona.*

Salve Regina, &c.

℣. *Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.*

℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

## OREMUS.

Omnípotens sempiterne Deus, qui gloriosæ Virginis Matris Mariæ corpus et ànimam, ut dignum filii tui habitáculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante preparasti: da, ut cujus commemoratione lætamur, ejus pia intercessione ab instantibus malis, et à morte perpetua liberemur. Per eumdem, &c.

*Un Padre nuestro y Ave María por las cosas que se hubieren encomendado á nuestras oraciones.*

*Se dice cinco veces:* Alabado sea el Dulcísimo Nombre de *JESUS.*

℣. Divinum auxilium máneat semper nobiscum. Amen.

℣. Nos cum prole pia.



℟. Benedicat Virgo Maria.

En los dias de disciplina, acabada la Oracion, en lugar de la Letanía se dice el Acto de Contricion siguiente, y entretanto se cierran las puertas de la Iglesia y se ocultan las luces.

## ACTO DE CONTRICION.

Señor mio Jesucristo, Dios y hombre verdadero, mi Criador, mi Conservador, mi Redentor y mi Benefactor incomparable, en quien creo, en quien espero, á quien amo y deseo amar entrañablemente sobre todas las cosas; en aquel grado, y con aquella perfeccion que pide para su exácta observancia el suavísimo precepto en que te dignas de mandar á esta vilísima criatura, que te ame con todo su corazon, potencias y sentidos.

Pésame, amabilísimo JESUS, único dueño de mi vida y glorioso centro de mi alma, pésame en lo mas íntimo de mi corazon de haberte ofendido; no por temor del infierno, ni por interés de la gloria, sino porque tu suma bondad es dignísima

de ser amada por innumerables títulos, y con inexplicables ventajas á todas las criaturas, como que tu Ser increado incluye en sí un interminable cúmulo de perfecciones infinitas.

A tí vuelvo, benignísimo Padre mio, como hijo verdaderamente Pródigo, amorosamente atraido de tus celestiales inspiraciones, contrito y arrepentido de mis enormísimas culpas, y con resolucion invariable (en cuanto cabe en la humana flaqueza, y con el poderoso socorro de tu divina gracia) de no volverte á ofender, confesar debidamente mis pecados, vivir en lo de adelante con arreglo á tus santísimas leyes, y vencer mis apetitos y pasiones con la mortificacion interior y esterior de mí mismo, entregándome á una constante y fructuosa penitencia.

No dudo que me perdonarás mis execrables delitos, manifestando en ello un estraordinario gozo; porque bien sé que solo aguardaban tus piadosísimas entrañas á que yo te diese séria y eficazmente mi corazon, para derramar sobre mi alma con magnificen-



cia divina, á medida y proporcion de mi afecto, tus grandes misericordias. Por esta razon tengo firme esperanza de que me has de dar eficaces auxilios, para que sea desde hoy tu divino agrado dulcísimo objeto de mis pensamientos, palabras y obras, con lo que tendré desde luego una buena muerte, y se hará visible por toda la eternidad en el feliz lógro de mi bienaventuranza uno de los deseados frutos y maravillosos efectos de tu dolorosa Pasion.

*Jube Dòmine benedicere.*

*Passio Dómini nostri Jesu-Christi sit semper in cordibus nostris.*

Recordemini, Fratres charissimi, quod Dòminus noster JESUS-CHRISTUS fuit pro nobis venditus, osculo traditus, ad Annam primùm, deindè ad Caipham Pontificem ductus, et postremò in prætorium ad Pilatum, ubi fuit ad columnam ligatus, et flagellatus, spinea corona coronatus, ac veste purpúrea circumdatus, álapis percússus, atquè consputus, et Judeis tráditus, ut crucifigerent, ad Calvariæ locum deductus, et

crucifixus, et cum eo crucifixi sunt Latrones duo, unus à dextris, et alter à sinistris: et cum dixisset: sítio, porrexerunt ei acétum, quod cum accepisset, dixit: Consummátum est, et inclinato cápite, emísit spíritum. Deindè unus mílitum láncea latus ejus appéruit, et contínuò exívit sanguis, et aqua, et de cruce depositus, fuit in monumento novo sepultus; tertia autem die resurrexit à mortuis. Tu autem, Dómine, miserere nobis. ℟. Deo gratias.

Fratres, servite Dòmino in timore: et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne cuando irascatur Dóminus, et pereatis de via justa. Luego el Salmo *Miserere, &c.* comenzando entónces la disciplina, y el Salmo *De profundis, &c.* con las oraciones *Fidelium Deus, &c.; y Deus, qui culpa offénderis, &c.* y dase fin á la disciplina.

Entónces se rezan los cinco Padre nuestros y Ave Marías, los dos, y el uno como los demás dias. Despues el Cántico: *Nunc dimittis, &c.* luego: *Da pacem Dòmine, &c.* y las oraciones *Deus, à quo sancta desi-*



*deria, &c.* acabadas se dice: ℣. *Dòminus det nobis suam pácem.* ℟. *Et vitam æternam. Amen.*

Luego la Antífona de nuestra Señora, (la del tiempo) el último Padre nuestro y Ave María, y se acaba como los demás dias.

*Jube Dòmine benedicere.*

## LAUS DEO.